


Π̄
228







Ad audiendam panegyricam

Περὶ τριῶν θαυμασιωτάτων

Templi Aulici,

jussu & autoritate

SERENISSIMI PRINCIPIS

AC DOMINI,

DNI. CHRISTIANI,

Ducis Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium,

ut & Angariae & Westphaliae, Landgravii Thuringiae, Marchionis

Misniae, Principali dignitate Comitis Hennebergiae, Comitis Marcae & Ravensburgi, Dynastae Ravensteinii, &c. &c.

Principis ac Domini nostri clementissimi,

Sacro Sanctae Trinitati,

d. 6. cal. Decembris Anno 1692.

solenni pioque ritu,

dedicati,

postridie solennioris dedicationis

IN ACROATERIO MAJORI

habendam,

SERENISSIMAS PERSONAS:

ILLUSTRISSIMOS COMITES:

GENEROSOS AULAE PROCERES:

VENERABLEM SCHOLAE EPHORUM:

Nobilissimos Justitiae Praesules; ac Doctores: Specta-

tissimum Praefectum: Reverendos admodum Mystras: Amplissi-

mos Praetores: Prudentissimos Senatores: Musarum fautores & cultores,

quos sive Hospites sive Incolas nostra jam Eisenberga habet,

devotissima humilitate,

debita cuique observantia & studio invitat,

qui diciturus est,

M. Adam Gschwend/ Rector Scholae

Eisenbergensis designatus.

EISENBERGAE,

Typis JOHANNIS CHRISTIANI MEISSII, Ducal. SAX. TYPOGRAPHI.



370



Supendam templi Hierosolymita-
ni, ejus quidem posterioris ab Herode ex-
tracti, pulchritudinem non relaturus tan-
tum, sed elaturus pariter in coelum usque
laudibus, dignus fide historicus, Josephus

libr. 6 cap. 6. de bello judaico, τρία exhibet

θαυμασιώτατα καὶ εὐβόητα πᾶσιν ἀνθρώποις ἔργα, λυ-

χνία, τὰ περὶ αὐτῆς ἱερῶν αἰθέρων, h. e. tria admirabilia opera, & maxi-
me apud homines celebrata, candelabrum, mensam, & al-
tare suffitum.

Singulas quidem tanti aedificii partes magnifice
satis extruxerat tetrarcha Herodes, non idea tantum prioris Sa-
lomonei, sed & ambitione, & si Judæis credimus, enormi pa-
trata cæde, interfectis quippe senatoribus synedrii, inductus; si-
quidem tanta ejus undiquaque inspecta fuit magnificentia, ut,
quod omnibus mundi non templis modo, sed aliis quibusvis
aedificiis præferrent, dignum judicaverint doctores Judæi, in

Succah. c. 5. in Gemara his usi verbis: Qui nunquam Hiero-
solymam vidit in gloria sua, nunquam vidit elegantem ur-
bem; & qui nunquam vidit sanctuarium, nunquam vidit
pulchrum aedificium.

Id quanto Judæi reliquis credebant
præstantius, tanto tribus supra adductis cæteras templi partes
inferiores, laudatus antea, Josephus statuit: nec immerito.
Constat enim inter veros antiquitatum cultores, omni ex par-
te aureum fuisse *candelabrum*, septem lampadibus, numerum
planetarum, ex auctoris nostri mente*, referentibus, conspicu-
um: sed & in his reliquis mysterio superabat *נר הזערי* *lucerna*
occidentalis, versus sanctum sanctorum vergens, perpe-
tuoque lumine, præsentia Dei æternæ symbolo, quæ Baal Hat-
turim in *Lev. 24.* sententia est, admiranda. Eodem porro su-
perbiebat pretio non minus, quam structura artifice *proposi-*
tionis mensa, duodecim panibus, ejusdem numeri signa zo-
diacalia exprimentibus, ornata; cui successit *altare suffitum*, de-
auratum quidem tantummodo, sed rebus variis, corona ma-
xime,

* Verba laudati auctoris loc. cit. sic habent: *Ενέφαινον δὲ οἱ μὲν ἐπὶ τὰ*
λύχνοι τῶν πλανήτων, τοσῶτοι γὰρ ἀπ' αὐτῆς δίδρηντο τῆς λυ-
χνίας.

xime, quam sacerdotii coronam retulisse dicunt, infigne. Hoc templi posterioris fulgore saltem non excoecati Judæi, Kimchio duce, priori illud, quæ structuræ elegantiam pariter & dignitatem, omnibus putant modis anteterendum, in suas quidem partes vocato *αυτοφίας* teste, Haggæo, cujus ex Pagnini paraphrasi *cap. 2. v. 10.* hæc habentur verba: *Major erit gloria domus ipsius novissima, quam prima, dicit Dominus exercituum.* Neque vero est, cur hoc inducti dicto in castra Judæorum transeamus, cum talia recensuisse sit refutasse; præsertim sacra scriptura, quæ imo ipsius Kimchii *παρὰ τῶν* reclamantibus, quorum illa de corporali Christi præsentia locum cit. intelligendum esse, confirmat, hi vero, Rabbini, voce *אבנך* *Hagg. 1. v. 8.* defective scripta, deficiente quippe ad finem ה numeri quinarium nota, ultro quinque posterioris templi a priore defectus confitentur, destituti quippe arca, igne sacro, præsentia Majestatis Divinæ, Spiritu sancto, ac Urim & Thummim, quibus secum pensitatis Abarbenel in hæc tandem ingemiscit verba: *הן עניני הבית השני ענינים אנושיים ועניני הבית הראשון אלהיים*: i. e. *opera domus secunda erant opera humana, sed opera templi primi divina.*

Quamvis autem in utriusque templi Hierosolymitani laudes, adductis tot miraculo dignis, effusi videamur, id tamen eo dictum nolumus, quasi sive Græci sive Romani templis, eorumque amplitudine, quæ externo artificio, & sumptibus magnificis continetur, caruerint. Etenim uti suos Hesiodus ad sacra sine intermissione facienda his adigit verbis:

*Καθ' ἄναμιν δ' ἔρδειν ἱερὰ ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἀγνῶς καὶ καθαρώς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία κείειν.
Ἄλλοτε δ' ἠ σπονδῆσι, θύεσσι τε ἰλάσκεισθαι,
ἢ μὲν ὅτ' εὐνάζη, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ. i. e.*

*Pro virili autem facito sacra immortalibus diis
caste & pure, splendidaque femora adurito.
Interdum certe libaminibus atque hostiis placa,
& quando cubitum ieris, & quando matutinum tempus
venerit.*

Hesiod. *oper. & dier. v. 334. & seqq.* Sic ipsum sacrificandi locum non obscure subinnuit. Proinde Apollinis, Minervæ, deorum dearumque omnium templa ut taceamus, magnificentum utique erat Ephesinum illud Dianæ, quod omnia hominum opera magnitudine superasse dicitur, Pausan. *in Messeniacis,* Uberius porro magnificentiam ejus describit Plinius *libr. 36. c. 5.*

& c. 14.

PA 7, 228

c. 14. it. libr. 7. cap. 37. & l. 16. cap. 40. Romani porro veluti
 armis, ita ædificiorū, templorum in primis dignitate & structura
 Græcis ne utiqvā ceserunt. Sive enim varias antiquitatis formas,
 quales secundum Vitruvium sunt antes, prostylos, amphi-
 prostylos, peripteros, pseudodipteros, dipteros &c. confide-
 res, sive reliqua templorum requiras ornamenta, horum o-
 mnium luxum abunde deprehendes. Imitati denique illam
 templorum structuram pariter & cultum Christiani leguntur,
 iis maxime seculis, quibus vel sinceriore erga Deum ardore, vel
 superstizioso angelorum sanctorumque demortuorum cultu
 flagrarunt. De quibus agendum jam esset uberius, nisi &
 chartæ angustia, & egregium plane celeberrimi Ciampini
 » opus de veteribus monumentis, in quibus precipue Musiva
 » opera, sacrarum profanarumque ædium structura illustratur,
 Romæ Anno 1690. in fol. excusum, abunde hac ex parte lectori-
 bus satisfactorum, prolixiores nos esse vetaret. His sive basili-
 cis sive templis omnibus si non anteferendum, multis tamen
 modis æquiparandum æstimo Templum noviter extructum
 Aulicum, atque hodiernis ritibus, non iis quidem papæis,
 quos maxime Reverendus Dn. D. Samuel Schelwig in libro,
 cujus hæc est rubrica: D. Samuel Schelwigs Christmässige
 Prüfung des Pabstthums / cap. 14. & 40. nuper edito, vir-
 gula notat censoria, sed devotis, sed maxime piis Sacrosanctæ
 TRINITATI dicatum: cujus occasione cum communem sin-
 guli ordines contestentur lætitiā, schola etiam nostra, ne iuis
 deesse videatur partibus, crastini, bono cum Deo, finitis sacris,
 tenui quidem, sed devota oratione, de tribus Templi Aulici
 τὰν ἁγίων ἱερῶν breviter constituit explicare.

Ut igitur SERENISSIMÆ PERSONÆ, quibus Eisen-
 berga nunc gaudet nostra, clementissimis suis præsentis Musas
 nostras beare velint, humillime oro, obtestorque.

Ad VOS porro, ILLUSTRISSIMI COMITES, Domini sum-
 me Gratosi, devotus accedo, ea, qua par est, animi submissio-
 ne, rogans, ut gratiosis Vestris præsentis solennem hanc pane-
 gyrin ornare ne dedignemini.

Vos autem Proceres Aulae Eminentissimi: Venerabilis
 Scholæ Ephoræ: Nobilissimi Justitiæ Præsules; ac Doctores:
 Spectatissime Præsente: Reverendi perquam Mystæ: Amplis-
 simi Prætores; Prudentissimi Senatores, Musarum denique
 fautores & cultores, quos sive Hospites, sive Incolas nostra jam
 Eisenberga habet, illud unum tanto submissius, quanto estis su-
 periores, rogo, ut in crastinū hora locoque consveto, D. d. conflua-
 tis, & quo tantum opus dignum sit miraculo, benevola auscul-
 tatione contestemini. P. P. Eisenbergæ, ipso solennioris inaugu-
 rationis die, h. e. 6. Cal. Decembr. 1692.



1077

MO.

10.



K. 124.6

De Templo Hierosolym: ultimo an praefereendum sibi primo
Reg:

Π i
228


Ad audiendam panegyricam

Περὶ τριῶν θαυμασιωτάτων

Templi Aulici,

SERE
DNI.
Ducis Sax
ut & Angariae &
Misniae, Princip
Princi
Sacro
IN A
SERE
ILLU
GR
VENI
Nobilissim
tissimum Pra
mos Praetor
quos
M

NCIPIS
TIANI,
ac Montium,
Thuringiae, Marchionis
ae, Comitis Marcae & Ra-
&c. &c.
lementis simi,
rinitati,
1692.
cationis
MAJORI
PERSONAS:
COMITES:
ROCERES:
EPHORUM:
c Doctores: Specta-
dum Mystas: Amplissi-
farum fautores & cultores,
n Eisenberga habet,
e,
lio invitat,
ector Scholæ



Eisenbergensis designatus.

EISENBERGÆ,
Typis JOHANNIS CHRISTIANI MEISSII, DUCAL. SAX. TYPOGRAPHI.



370

